

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

**XLVI.**

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

## XLVI.

*Doctissimo viro, D. Doctori Botzemo Abstemio, patro-  
no communi studiorum. Constantie.*

Slutem plurimam, Reverende Botzeme, vir omnium, quos haftenus in  
Shac vita reperi, humanissime. Ulus sum Joanne tuo ad Enispontem  
usque, qui morum suavitate facile mihi probavit, te illi aliquando fuisse  
Dominum. Dn. Heer. Balding. ex tua commendatione non alium se mihi  
præstitit, quam tu ex Erasmi; statim designavit publicum Urbis nuncium,  
qui sine meo sumtu dux esset itineris. His meritis quam arctè me tene-  
as devinctum, tunc demum scies, cum venerit occasio, qua vel opera vel  
diligentia vel facultatibus possum aut tibi aut tuis commodare. Est, quod  
cupio significari Dno. Erasmo. Mihi hoc tempore minimè vacat, tu pro-  
tua in Erasimum observantia non gravaberis id quam primum facere. Nu-  
dius tertius primum delatum est ad Ferdinandum opus Paraphraseos in Jo-  
annem, sine Epistola, sine ulla commendatione. Princeps tamen benignissi-  
mè suscepit & dedit Hieronymo tuo munere, is pollicitus est mihi, cu-  
raturum se, ut ornate concinnatum volumen reddatur Principi. Nisi  
agnovissem Erasmi manum, non credidisset ab Erasmo missum, nec pote-  
fieri, quin hac parte nuncius, quisquis is fuerat, si non perfidia aut invi-  
dia, certè negligentia plurimum peccarit. Cum nunc tandem sit obla-  
tum opus, quod idèò (ni fallor) ita, ut erat, inconcinnatum misit Eras-  
mus, ut Princeps primus omnium nova ejus fœtura füueretur. Joanni  
tuo pro sua erga me fide & diligentia gratias ages. Ego ea labore rerum  
inopia, ut præter viaticum nihil habeam, quod donem. Bene vale, Enis-  
ponti è lecto, XXVII. die April.

*Tui observantissimi*

Tho. Lupetus.

## XLVII.

*D. Erasmo Roterodamo. Theologo & Oratori facile  
Principi. Basilea.*

Ex literis ad Fabrum, doctissimum hominem, mihiq[ue] amiciss[im]m[us], tuis fa-  
cile intellexi, residere adhuc in animo tuo memoriam Velii aliquam,  
quatuor